

nutrit esurientē. Animalia bruta aliqua deserunt  
laborādo: vt eq. Aliqua incitando ad laborē: vt for  
mice. Aliqua incitādo ad timorem: vt leones: vrsi.

Et breuif si te dilexero: oia coopabūt mihi i bonū.

**T**otali tui diffusionē: vt omnia alia que dinumerare  
non possum comprehendam: te totū mihi dedisti: de  
disti mihi dona nature: gratie: et supabūdantie. Te  
nascēs in sociū: conuescens in eduliū: moriēs in pre  
cium: et regnans dare vis in p̄miū: dedisti te fratrem  
oīm/sponsū/patrem/amarorem/doctorē/nutri  
torem/et custodem.

Gratias  
tibi ago  
summe  
deus de

**A**ltima expectatione finaliter. Si te non derelique  
ro: non vis me perpetuo derelinquere: sed vis esse  
fins meus: completū oīm desiderioꝝ meoꝝ: vis me tecū  
regnare: tecum gaudere: et inseparabiliter  
semper tecum manere

**I**po: hoc est de te ipso: tu es donum hoc. **D**onum  
sup omne donum: te nobis imppetuū dona: et suffi  
cit nobis: q: tu es lux vera: bonitas/vita et gaudiū:  
pietas immensa: qui nos a morte saluasti roseo san  
guine tuo: et per illuminatiuā viam duxisti.

**¶ De via Instructiua: Beati Benedicti  
abbatis. ¶ Capitulū quartū**

**I**tem sicut p̄mittitur: purgata consciētia et il  
luminato intellectu: vtile est habere puncta  
instructiua p̄ ipsi<sup>9</sup> emēdatione: vt sciat ef  
fugere occasiōes peccatoꝝ. De hac via videt **Bea  
tus Benedictus** capitulū suū quartū: in regula sua  
ponere: videlicet de instrumētis bonoꝝ operū. Cui<sup>9</sup>  
capl<sup>9</sup> ps notabilis habet in tabula q̄ sequit secundū

ordinem alphabeti  
**A**bnegare seipsum: et sequi christum.  
**B**onum in se visum: deo ascribere: et non sibi.  
**C**orpus suum castigare.  
**D**eum pro omnibus diligere: et proximum sicut seipsum.  
**E**lationem fugere.  
**F**acere se de secularibus actibus alienum.  
**G**ulosum non esse.  
**H**onorare omnes homines.  
**I**n omni loco et tempore deum respicere.  
**R**aritate continuam habere.  
**L**ectiones sanctas libenter audire.  
**B**enedicentes benedicere.  
**N**on iurare: ne forte piuret.  
**O**rationi frequenter incumbere.  
**P**receptis superiorum obedire.  
**Q**ue dicunt prelati: facere.  
**R**isum multum non amare.  
**S**pem suam deo committere.  
**T**imere diem iudicii.  
**V**itam eternam omni concupiscentia spirituali desiderare.  
**X**p̄o omnino nihil preponere.  
**Z**elum et invidiam non habere.

**F**acientibus autem hec: promittit sanctus **Benedictus** premium quod oculis non vidit. etc. Si autem querat ubi hec possint custodiri: respondet: quod difficulter in seculo. Ideo in regula notat **Officinas** ubi hec fieri possunt: videlicet: claustra: monasteria etc.

**De via Imitatiua Iohannis Berson**  
**Capitulum quintum**